






Epistle for the Second Sunday of Advent

L  Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Romá-nos.


F  RAtres : Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut


 per pa-ti-énti-am, et conso-la-ti-ónem Scripturárum, spem habe-á-mus. De-us


 autem pa-ti-énti-æ, et so-lá-ti-i, det vobis id-ípsum sápere in altérutrum


 secúndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honori-ficé-tis De-um et

 Patrem Dómi-ni nostri Jesu Chris-ti. Propter quod suscí-pi-te ínvicem, sicut


 et Christus suscepit vos in honórem De-i. Dico enim Christum Jesum mi-

 nístrum fu-ísse circumci-si-ónis propter ve-ri-tátem De-i, ad confirmándas

 promissi-ónes patrum: gentes autem super mi-se-ricórdi-a honoráre De-um,



sicut scriptum est: Proptère-a confi-tébor ti-bi in géntibus, Dómine, et




nómi-ni tu-o cantá-bo. Et í-terum di-cit: Lætámi-ni, gentes, cum plebe



e-jus. Et í-terum: Laudáte omnes gentes Dóminum: et magni-ficáte e-um




omnes pópu-li. Et rursus I-sa-í-as a-it: Erit radix Jesse, et qui exsúrget



régere gentes, in e-um gentes sperá-bunt. De-us autem spe-i réple-at vos



omni gáudi-o, et pace in credéndo: ut abundé-tis in spe, et virtúte



Spí-ri-tus Sancti.